Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Providentia Dei Optimi Maximi, Avspiciis Serenissimi Principis Ac Domini Domini Georgii Gvilelmi Marggravii Brandemb. Prvss. Magdebvrg. Stetin. Pomeran. ... Dvcis ...

Flessa, Johann Adam

Barvthi, MDCCXXVI.

Farbkarte

urn:nbn:de:gbv:45:1-484221

Visual Library

DICTATIBVS [illegible] R.

Felicitatem ec [illegible] purgatae reli-
gionis tempore [illegible] lignior libertas
attulit, non ſati [illegible] a earum rerum
imaginem repra [illegible] inctum ſanioris
cultus amorem [illegible] rime fuit con-
turbatus, caele [illegible] a nox, & quaſi
ſempiternae te [illegible] riſtiſſimae illius
aetatis memori [illegible] poſſumus non
patrum noſtroque ſaeculo gratulari : [illegible] ere in uita ſan-
ctius, moribus innocentius, diſcipli [illegible] ſanius, litteris
politius, ſententiis liberius eſt. Equ [illegible] os CHRISTO
ſeruos, ſuos ueritati teſtes, ſuos epi [illegible] gnoro. Quid
enim aliud *FLACIVS ILLYRICVS cat* [illegible] enderat? Ac
ſaeculo undecimo *PETRVS DAMIAN* [illegible] quid illi non
auſi? Deus immortalis, qua dicendi [illegible] genium P.M.?
Qua magnitudine animi dominatum [illegible] nquit, 2.) *ad*
curam, & non ocio torpeas, ne & tibi [illegible] *cioſus? Mul-*
to minus inueniri oportet aut deliciis [illegible] *Nihil bo-*
rum tibi tabulae teſtatoris adſignant. [illegible] *tentus ſis, cu-*
ram potius haereditabis & operam, qua [illegible] *athedra? Spe-*
cula eſt. Inde denique ſuperintendis, [illegible] *dominium, ſed*
officium. Ac paullo poſt: *Planum e* [illegible] *us. I ergo &*
tu, & tibi uſurpare aude aut domi [illegible] *us dominatum.*
Plane ab alterutro prohiberis. Si ut [illegible] *des utrumque.*
Nec diſſimilis fere uſquam eſt ſibi B [illegible] eris, quae tri-
buendae temporum magis, quam ho [illegible] vs autem DA-
MIANI, quamuis auctoritatis Apoſtolicae, uti tum moris erat loqui, acerrimus
pro-

1.) Libris V. de conſiderat. Opp. BERNARDI p. 859. ſqq. 2.) L. II. de conſider. cap. VI. p. 869.

DE

DICTATIBVS GREGORII VII. P.R.

FElicitatem eccleſiae, quam inde a perpurgatae religionis tempore maior, & Chriſtianis inſtitutis dignior libertas attulit, non ſatis intelligeremus, niſi nobis hiſtoria earum rerum imaginem repraeſentaret, quibus rebus poſt exſtinctum ſanioris cultus amorem uniuerſus orbis Chriſtianus miſerrime fuit conturbatus, caeleſtique ueritati caecae nubes, atra nox, & quaſi ſempiternae tenebrae fuerunt obductae. Triſtiſſimae illius aetatis memoriam dum recolimus animo, non poſſumus non patrum noſtroque ſaeculo gratulari: quippe quod, etſi non magnopere in uita ſanctius, moribus innocentius, diſciplina melius; tamen in doctrina ſanius, litteris politius, ſententiis liberius eſt. Equidem nec turbidis temporibus ſuos *CHRISTO* ſeruos, ſuos ueritati teſtes, ſuos epiſcopis monitores non defuiſſe ignoro. Quid enim aliud *FLACIVS ILLYRICVS catalogo teſtium ueritatis* animo intenderat? Ac ſaeculo undecimo *PETRVS DAMIANI*, duodecimo *BERNARDVS*, quid illi non auſi? Deus immortalis, qua dicendi libertate poſterior utitur 1.) ad Eugenium P.M.? Qua magnitudine animi dominatum epiſcopo abiudicat? EVIGILA, inquit, 2.) *ad curam, & non ocio torpeas, ne & tibi dicatur: Quid hic ſtas tota die ocioſus? Multo minus inueniri oportet aut deliciis reſolutum, aut reſupinum pompis. Nihil horum tibi tabulae teſtatoris adſignant. Sed quid? Si illarum tenore contentus ſis, curam potius haereditabis & operam, quam gloriam & diuitias. Blanditur cathedra? Specula eſt. Inde denique ſuperintendis, ſonans tibi epiſcopi nomine non dominium, ſed officium.* Ac paullo poſt: *Planum eſt, Apoſtolis interdicitur dominatus. I ergo & tu, & tibi uſurpare aude aut dominans apoſtolatum, aut apoſtolicus dominatum. Plane ab alterutro prohiberis. Si utrumque ſimiliter habere uoles: perdes utrumque.* Nec diſſimilis fere uſquam eſt ſibi BERNARDVS, ſi ab iis rebus diſceſſeris, quae tribuendae temporum magis, quam hominum culpae uidentur. PETRVS autem DAMIANI, quamuis auctoritatis Apoſtolicae, uti tum moris erat loqui, acerrimus pro-

1.) Libris V. de conſiderat. Opp. BERNARDI p. 859. ſqq. 2.) L. II. de conſider. cap. VI. p. 869.